

DECISIONVM
ROTÆ LVCENSIS
DIVERSORVM AVDITORVM, COLLECTARVM PER
HIERONYMVM PALMA
NEPOTEM
I. C. ET PATRIC. LVCENSEM.
CVM ALIQVIBVS ADDITIONIBVS, ET PLVRIEVS MODERNIS
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONIBVS
ALIBI ADHVC NON IMPRESSIS.

LIBER PRIMVS.
EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO DOMINO
CARDINALI TAVRVSIO
EPISCOPO FERRARIENSI DICATVS.



Apud Hyacinthum Pacium & Dominicum Ciuffettum: M. DC. XCVI
DE SVPERIORVM PERMISSO.

EMINENTISS.^{ME} ET REVERENDISS.^{MB}
P R I N C E P S.



On diu mihi in ancipi consilio versandum
fuit, cuinam magni nominis Viro, Decisi-
ones istas meo labore, ac studio collectas po-
tissimum consecrarem. Statim enim occurri-
sti Eminentissime Domine, vt qui supremis in
Romana Curia muneribus perfunctus, iamdiu Orbi inno-
tescas. Siquidem inter Sacri Concistorij Aduocatos adsciti-
tus, mox Cameræ Auditoris vicem gerere iuslus; Ac po-
strem illius, quo nullum sanctius in terris Tribunal, Au-
ditor es renuntiatus. Ad hæc gradum tibi non fortuna,
quæ plerumque optimis aduersatur, sed Virtus, Ingenium-
que fecerunt. Quod licet fama, vt sui moris est, attollere
conatetur, ex eo tamen fastigio, quo meritis ascendisti,
maiis eluxisti: Sensitque Orbis quam ex æquo, veluti ad

aram

I N D E X
A R G V M E N T O R V M
S I N G V L A R V M
D E C I S I O N V M,
Q V A E I N H O C V O L V M I N E
C O N T I N E N T V R.

A R G V M E N T V M.

D E C. I.



IN hac decisione firmatur, quod domino directo finita emphyteusi competit manutentio ratione Civilis possessionis aduersus detentorem bonorum emphyteuticarum, & quod naturalis possessio heredum ultimi emphyteusi non est apta ad concedendam eis manutentionem, quia finita emphyteusi possessio naturalis dicitur clandestina, & spoliatoria.

A R G V M E N T V M.

D E C. II.

Firmatus in hac decisione Ecclesiam non posse alienare bona sua titulo permutationis habita fide de adimplemento, & ex tali contractu dominum non transferri; diciturque requiri in alienatione bonorum Ecclesia copulatiue solemnitatem, & utilitatem, & hanc debere esse claram, & undequaque patentem. Virtus Centenaria excluditur quando per eam allegantem producitur titulus infelius, & tan-


dem firmatur Iudicem inferiorum posse incidenter cognoscere de Viribus sententiae latæ à Iudice superiori, cum pluribus alijs ad istam materiam.

A R G V M E N T V M.

D E C. III.

ECclesie domina directa competit manutentio finita linea in bonis emphyteuticis ratione Civilis possessionis. Bona Ecclesiastica non possunt alienari, concessi in emphyteuthim, vel locari ultra Triennium abjigne Beneplacito Apostolico: Beneplacitum Apostolicum stante Bulla Urbani Octauii amplius non presumitur ex cursu triginta annorum cum obseruantia, jea requiritur centenaria, quam tamen sufficit esse completam ante motam litem. Centenaria non requiritur in alienatione facta inter Ecclesiam, & Ecclesiam, quando tamen à principio facta fuit Ecclesia, secus si Laico, à quo postea bona in Ecclesiam deuenierint.

Melioramenta ad hoc, ut debeantur debet probari antiquus rei status; Melioramenta facta.



DECISIONES
ROTÆ LVGANÆ
DIVERSORVM AUDITORVM COLLECTÆ
PER HIERONYMVM PALMA
NEPOTEM
I. C. ET PATRICIVM LVCENSEM
LIBER PRIMVS.

Cum aliquibus additionibus eiusdem, & pluribus Sacra Rotæ
Romanæ Decisionibus.

S V M M A R I V M:



Omino directio finita
emphyteusi cōpetit ma-
nutentio pro recuperatione
naturalis possessio-
nis, tam contrā ha-
redes ultimi inuestiti,
quam contrā illam oc-
cupantem, & num. 2.

- 3 Emphyteusa durante emphyteusi dicitur
naturaliter possidere.
4 Immò dicitur habere quandam possessio-
nem ciuilēm distinctam ab ea qua resi-

- det penes directum:
5 Intellige durante emphyteusi, secutum ea
finita, & terminata.
6 Statutum de continuanda possessione de-
functi in heredes non habet locum in
bonis emphyteoticis finita emphyteusi.
7 Possessor bonorum, finita emphyteusi, di-
citur turbare dominum directum in
possessione Ciiali, qua semper penes ip-
sum fuit, & animo retenta in dicto ca-
su trahit ad se naturalem, & num. 8
9 Possessio bonorum emphyteoticorum à die

A finit.